Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mundanum siue humanum. seruile.
cä. initialem. castum. ut filialem. Hu-
manus timor est quando timemus
pati pericula carnis. uel pdere bona
mundi. pptr quod delinquimus.
hic timor est malus. qui in primo
gradu cum mundo desertur. s; di
uinus timor comes est. p omnes gdus.
Timor seruilis est cum pptr
timorem gehenne. continet se ho-
mo a peccato. quo presentiam iudi-
ces. & penas metuit. & timore fac
quicquid boni facit. non timore a-
mittendi eternum bonum. quod
non amat. s; timore patiendi ma-
lum. quod formidat. Non timet
ne pdat amplexus pulcherrimi
sponsi. s; timet ne mittat in ge-
ä. henna m. bonus est iste timor &
utilis. p quem fit paulatim con-
fuetudo iustitie. & succedit ini-
ä. tialis timor. quando incipit quod
durum erat amari. & sic incipit
excludi seruilis timor. a cartitate.
& succedit deinde castus timor.
quo timemus ne sponsus tardet.
ne discedat. ne offendamus. ne
eo careamus. timor iste de amore
uenit. Ille quidem seruilis utile
est. s; non pmanens in eternum. ut
iste de quo hic dicit pphta. Bea-
ti omnes qui timent dnm. casto
sit timore; & qui sunt illi. q̃ am-
bulant in uiis eius. i. in fide. in
cä. bonis opibus. Hoc ideo ait. ut n
in malis separemur. s; & in fide
ä. ambulemus. Et nota quod a plu-
ribus cepit dicens. Beati. Sed
quia omnes unum sunt in xpo. sin-
gulariter loquit. Labores mandu-
cabis. a. d. ita beati sunt. qui ti-
ment. quia labores man. ꝛc. ut si
ne quia lege; a. d. Beati sunt qui
ä. timent. & o uos qui timetis. ut o
tu qui times. utrumq; enim bene
dicitur. quia omnes unus homo s.
tu inquam manducabis labores m.
tuarum. ut fructuu. t. Alia lit.
Labores fructuu dicit. cum debe-
ret dicere fructum laboru. s; q̃a
labores cum gaudio sumuntur.
pptr spem. & ipsi iocundant. y
modo sunt cibus. s; iocundior eo
fructus erit. quando sci uenient
in manu cum exultacione portan
tes manipulos suos. Postea de
utroq; subdit. Beatus es iam
in presenti de labore. & bene ti
bi erit in futuro. de fructu. & te
ä. cä
uere bene. ubi bene est. omnia bo
na confluunt ad gaudium sua
uitatis. Deinde. qualiter beatus
sit subdit. Vxor tua. Et si
hoc ad litteram accipi possit. ta
men nec omni timenti deum con
uenit. nec soli. s; mystice bene
accipitur. & omni timenti gene-
raliter conuenit; a. d. ita beati
es. o tu timens. quia uxor tua.
i. sensualitas est. sicut uitis ha-
bundans in lateribus domus tue.
i. bene est subdita rationi. & sic
manens in paradiso. i. in quiete
habundat. in bonis opibus, & Fi-
lii tui. i. opa. sunt sicut nouelle
oliuarum. quia uirent oleo cari-
tatis inuncta. & sunt in circuitu
mensę tue. quia qui talia opa faci
unt. pane celesti reficiuntur. Vel
uxor dicitur sapientia uiri. de q̃ cä.
salomon. ama sapientiam tangm
sponsam. & ipsa amplexabit te.
que ut uitis uias. iocundos fru-
ctus bonorum opum edit. domus
est cogitacio. cui parietes sunt
duo testamenta. in quibus mens. ut
in lateribus domus solidatur; & e.
Vxor tua. i. sapientia e. sicut uitis

ä.